

,, ter , Ibericum & barbaræ mentis contagium : Esaias
 ,, hujus Petri collega , qui aliam Acephalorum inter Ace-
 ,, phalos hæresim propagaverunt . Severus , qui præ om-
 ,, nibus Acephalis tam novis , quam veteribus demon-
 ,, stratus est crudelissimus tyrannus , & Sanctæ Ecclesiæ
 ,, Catholicæ immanissimus inimicus , sanctissimæque An-
 ,, tiochenæ Ecclesiæ adulter iniquissimus , & corruptor
 ,, execrabilis . Theodosius quoque Alexandrinus . Anthi-
 ,, mus Trapezuntius . Jacobus Syrus . Julianus Halicar-
 ,, nassæus . Felicissimus . Gajanus Alexandrinus , a quibus
 ,, Gajanitarum sive Julianistarum superinventa est hære-
 ,, sis . Dorotheus ejusdem impiæ hæresis propugnator .
 ,, Paulus ὁ μέλας , qui Fuscus non solum appellatione ,
 ,, sed & secundum veritatem . Joannes Grammaticus
 ,, cognomento Philoponus ; imo Mateoponus : Conon
 ,, quoque & Eugenius : hi tres , trithejæ , idest , tripli-
 ,, cis deitatis ter maledicti propugnatores . Themistius ,
 ,, qui fuit ignorantia , ἀγνός pater , & genitor , atque
 ,, seminator nefandissimus , qui Christum verum Deum
 ,, nostrum , diem judicii nescisse delirabat . Sit autem
 ,, & cum eo Petrus Syrus anathema , & Sergius Arme-
 ,, nius , trithejæ minoris doctores , & nec sic ad invicem
 ,, consonantes , neque eadem similiter cum alterutro opi-
 ,, nati . Damianus horum quidem excellenter adversa-
 ,, rius , novus autem demonstratus temporibus nostris Sa-
 ,, bellius . Cum quibus & eorum impietatis successores
 ,, anathema sint & catathema : Athanasius quoque Syrus ,
 ,, & Apozygarius Anastasius , & qui eorum inconvenien-
 ,, tem convenientiam inconvenienter & indocte susci-
 ,, piunt , & irrationabiliter tamquam jumenta ab eis in-
 ,, ducuntur : & quum invicem quasi amicabili-
 ,, ter conjunguntur , invicem vero inimicis anathemati-
 ,, bus faciuntur . Induantur autem cum eis & amiciantur
 ,, anathema & catathema , & Benjamin Alexandrinus , &
 ,, Joannes , & Sergius , Thomasque & Severus Syri , qui
 ,, adhuc vivunt vitam execrabilem , & crudeliter pieta-
 ,, tem expugnant . Participetur etiam cum eis , his ana-
 ,, thematibus , & Menas Alexandrinus , Gajanitarum pro-